



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Henr. Harphii Theologi Ervditiss. Ordinis
Minorvm, Ac Rervm Divinarvm Contemplatoris eximij.
Theologiae Mysticæ Libri Tres**

Henricus <Herpius>

Coloniae, 1611

D. Henrici Harphii, Theologi Profvndissimi, Orthodoxaqve Pietate
præstantissimi, in mysticæ Theologiae librum secundum. Praefatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37362

D. HENRICI HARPHII,
THEOLOGI PROFVNDISSI-
MI, ORTHODOXAQVE PIETATE
præstantissimi, in mysticæ Theologiæ
librum secundum.

P R A E F A T I O.

RATI A Domini nostri Iesu Christi chari-
tas Patris, & communicatio sancti Spiritus
sit cum omnibus nobis. Amen. In Christo di-
lecta filia, vt satisfiat. secundum posse meum,
ingenti humili, ac deuoto tuo desiderio, quo
multipliciter optasti accipere à me doctrinam breuem & in-
structionem, quomodo quis peruenire possit ad veram, perfe-
ctam vitam, qua aliquis Deo simillimus, & in spiritu vnitif-
simus effici possit. scias duo ad hoc principaliter esse necessa-
ria. Vnum est perfecta mortificatio, & separatio ab omnibus
rebus, quæ possent aliquod impedimētum præstare, quò minus
Deo appropinquare, & ipsi vniri possimus. Alterum, quòd
oportet nos habere notitiam, quomodo acquirere debeamus
amorosam permanentem vnionem inter Deum, & vires ani-
mæ nostræ. Prosequendo ergo primum, scias quòd oportet esse
in nobis perfectam mortificationem, præcipuè in duodecim.
Primò, mortificationem omnium affectuum erga res tempo-
rales. Secundò, omnium affectuum propriæ quæstionis in
agendo quælibet opera virtuosa, & in dimittendo mala.
Tertiò, omnium affectuum propriæ sensualitatis. Quartò, omni-
um af-

299 4 um af-

um affectuum amoris sensualis, naturalis, & acquisiti. Quinto, omnium affectuum erga cogitationes, & imagines rerum creatarum. Sexto, omnis curae, quae non est de iusta necessitate, propter spiritualem utilitatem, vel propter obedientiam. Septimo, omnis amaritudinis cordis. Octavo, omnium affectuum vanae gloriae, & propriae complacentiae, honoris mundani, & superbiae. Nono, omnium affectuum, oblectationem internarum, spiritualium, vel sensualium. Decimo, omnis scrupulositatis cordis. Undecimo, omnis inquietudinis, & impatientiae cordis in omni exteriori adversitate. Duodecimo, oportet fieri mortificationem omnis propriae voluntatis, in totali voluntaria resignatione ad omnem internam derelictionem sufferendam propter amorem Dei. Iste sunt duodecim portae spiritualis Paradisi cordis nostri, quod est Paradisus deliciarum Dei, quemadmodum ipsemet locutus est: Deliciae meae sunt esse cum filiis hominum.

Prover. 8.

Quae portae, sicut Iohannes in Apocalypsi ait, con-

Apoc. 21.

structae sunt ex singulis margaritis virtutum, quibus anima reformatur, ita ut inferiores hominis vires non praepediant superiores, quin fluere valeant ad Deum,

& in De-

1479.

THEO-